

# MISSÆ PROPRIÆ DICECESIS CURIENSIS

iuxta Kalendarium a S. R. C. approbatum die 6 iulii 1962

Die 27 novembris  
S. COLUMBANI ABBATIS  
III classis

Missa Os iusti, de Communi Ab-  
batum.

Die 2 decembris  
FRANCISCI XAVERII  
CONFESSORIS  
III classis

Omnia ut in Missali die 3 decem-  
bris. Et fit commemoratio S. Bibi-  
anæ Virg. et Mart.

Die 3 decembris  
S. LUCII  
REGIS, EP. ET MART.

Patroni Principalis  
dioecesis et civitatis Curiensis  
I classis

Antiphona ad Introitum  
Eccli. 45, 30

**S**TATUIT ei Dóminus testa-  
mémentum pacis, et príncipem  
fecit eum: ut sit illi sacerdó-  
tii dígnitas in ætérum. **Ps. 131, 1**  
Meménto, Dómine, David: et om-  
nis mansuetúdinis eius. **V.** Glória  
Patri.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Lúcium Con-  
fessórem tuum de terréno reg-  
no ad cælestis regni glóriam trans-

tulísti: eius, quæsumus, méritis et  
intercessióne; Regis regum Iesu  
Christi, Filii tui, fáciás nos esse  
consórtes: Qui tecum.

Et fit commemoratio feriæ.

Léctio Epístolæ  
beáti Iacóbi Apóstoli  
**Iac. 1, 12-18**

**C**aríssimi: Beátus vir, qui suffert  
tentatióñem: quóniam, cum  
probátus fúerit, accípiet corónam  
vitæ, quam repromísit Deus dili-  
géntibus se. Nemo, cum tentátur,  
dicat, quóniam a Deo tentátur:  
Deus enim intentátor malórum  
est: ipse autem néminem tentat.  
Unusquísque vero tentátur a con-  
cupiscéntia sua abstráctus et illéc-  
tus. Deínde concupiscéntia cum  
concéperit, parit peccátum: peccá-  
tum vero cum consummátum fú-  
erit, génerat mortem. Nólite ítaque  
erráre, fratres mei dilectíssimi.  
Omne datum óptimum et omne  
donum perféctum desúrsum est,  
descéndens a Patre lúminum,  
apud quem non est transmutá-  
tio nec vicissítudinis obumbrátió.  
Voluntárie enim génuit nos verbo  
veritátis, ut simus inítium áliquod  
creatúræ eius.

**Graduale** **Ps. 88, 21-23**  
Invéni David servum meum, óleo  
sancto meo unxi eum: manus

enim mea auxiliabitur ei, et brá-  
chium meum confortabit eum.  
¶ Nihil proficiet inimicus in eo, et  
fílius iniquitatis non nocébit ei.

Allelúia, allelúia. ¶ Ps. 109, 4 Tu es  
sacérdos in ætérnum, secúndum  
órdinem Melchísedech. Allelúia.

**In Missis votivis post Septuage-  
simam, omissis Allelúia et ver-  
sus sequenti, dicitur**

**Tractus** Ps. 20, 3-4

Desidérium ánimæ eius tribuísti  
ei: et voluntate labiòrum eius non  
fraudásti eum. ¶ Quóniam præ-  
venísti eum in benedictiónibus  
dulcéinis. ¶ Posuísti in cápite  
eius corónam de lápide pretiósso.

✠ Sequéntia sancti Evangélii  
secúndum Ioánnem  
Ioann. 10, 11-16

In illo témpore: Dixit Jesus pha-  
risáeis: Ego sum pastor bonus.  
Bonus pastor ánimam suam dat  
pro óvibus suis. Mercenárius au-  
tem, et qui non est pastor, cuius  
non sunt oves própriæ, videt lu-  
pum veniéntem, et dimíttit oves,  
et fugit: et lupus rapit et dispérgit  
oves: mercenárius autem fugit,  
quia mercenárius est, et non pér-  
tinet ad eum de óvibus. Ego sum  
pastor bonus: et cognósco meas, et  
cognoscunt me meæ. Sicut novit  
me Pater, et ego agnósco Patrem:  
et ánimam meam pono pro óvi-  
bus meis. Et álias oves hábeo, quæ  
non sunt ex hoc ovili: et illas opór-  
tet me addúcere, et vocem meam  
áudent, et fiet unum ovile et unus  
pastor.

Credo.

**Post Septuagesimam in fine sequen-  
tis antiphonæ Allelúia omittitur.**

**Antiphona ad Offertorium**  
Ps. 20, 4-5

Posuísti, Dómine, in cápite eius  
corónam de lápide pretiósso: vitam  
pétiit a te, et tribuísti ei, allelúia.

### Secreta

**P**ræsta, quásumus, omnípotens  
Deus: ut, sicut beátus Lúci-  
us Martyr ac Póntifex tuus, spre-  
tis mundi oblectaméntis, soli regi  
Christo placére stúduit; ita eius  
orátio nos tibi reddat accéptos.  
Per eúndem Dóminum.

**Et fit commemoratio feriæ.**

**Antiphona ad Communionem**  
Ps. 88, 36 et 37-38

Semel iurávi in sancto meo: Semen  
eius in ætérnum manébit: et sedes  
eius sicut sol in conspéctu meo, et  
sicut luna perfécta in ætérnum, et  
testis in cælo fidélis.

### Postcommunio

**D**eus, qui beátum Mártyrem  
tuum Lúcium mirificásti in  
terrís, et gloriósum in cælis fecísti:  
eúndem, quásumus, Ecclésiæ tuæ  
constítue defensórem. Per Dómi-  
num.

**Et fit commemoratio feriæ.**

¶ **Pro votiva tempore paschali di-  
citur Missa Protexísti, de Commu-  
ni Martyrum Tempore Paschali  
1 loco, cum orationibus et Evan-  
gelio e Missa festi, ut supra.**

Die 19 ianuarii  
S. MEINRADI  
MARTYRIS  
III classis

**Antiphona ad Introitum**  
**Ps. 20, 2-3**

**I**N virtute tua, Dómine, létabitur iustus: et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ eius tribuísti ei. **Ps. ibid., 4** Quóniam prævenísti eum in benedictiōibus dulcédi-nis: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiósso. **V.** Glória Patri.

**Oratio**

**O**mnipotens sempítérne Deus, qui in méritis sancti Meinrádi Mártiris tui semper es mirábilis: quæsumus cleméntiam tuam; ut, sicut ei eminéntem passiónis glóriam contulísti, sic ad conse-quéndam misericórdiam tuam eius fárias précibus adiuvári. Per Dóminum.

**Et fit commemoratio Ss. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum Mm.:**

**Oratio**

Exáudi, Dómine, pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére; et aetérnæ reperiére subsídium. (Per Dóminum.)

**Deinde fit commemoratio S. Canuti Regis, Martyris:**

**Oratio**

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam beátum Canútum regem

martyrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius; ut, sicut ipse Domínicæ passiónis imitátor fuit, ita nos, per eius vestígia gradiéntes, ad gáudia sempítérna perveníre mereámur. Per eúndem Dóminum.

**Léctio libri Sapiéntiæ**  
**Sap. 10, 10-14**

**I**ustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illús. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum iustum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritatēm aetérnam, Dóminus, Deus noster.

**Graduale** **Ps. 111, 1-2**

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

Allelúia, allelúia. **V.** Ps. 20, 4 Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretiósso. Allelúia.

**Post Septuagesimam, omissis Allelúia et versu sequenti, dicitur**

**Tractus** Ps. 20, 3-4

Desidérium ánimæ eius tribuísti ei: et voluntáte labiórum eius non fraudásti eum. ¶ Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcéedinis. ¶ Posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiósio.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum  
Matth. 16, 24-27

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si quis vult post me venire, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam: qui autem perdíderit ánimam suam propter me, invéniet eam. Quid enim prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatiónen pro áнима sua? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: et tunc reddet unicuíque secúndum ópera eius.

**Antiphona ad Offertorium**  
Ps. 8, 6-7

Glória et honóre coronásti eum: et constituísti eum super ópera mánum tuárum, Dómine.

**Secreta**

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis: et cælestibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum.

**Pro Ss. Mario et Sociis Secreta**

Preces, Dómine, tuórum résponce oblationésque fidélium: ut et tibi gratæ sint pro tuórum festivitáte Sanctórum, et nobis cónferant tuæ propitiatiónis auxílium. (Per Dóminum.)

**Pro S. Canuto Secreta**

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio: et eius nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cuius solemnitáte defértur. Per Dóminum.

**Antiphona ad Communionem**  
Matth. 16, 24

Qui vult venire post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

**Postcommunio**

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, sicut tuórum commemoratióne Sanctórum temporáli gratulámur officio; ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum.

**Pro Ss. Mario et Sociis Postcommunio**

Sanctórum tuórum, Dómine, intercessióne placátus: præsta, quæsumus; ut, quæ temporáli celebrámus actiōne, perpétua salvatiōne capiámus. (Per Dóminum.)

**Pro S. Canuto Postcommunio**

Refécti participatióne múnneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exséquimur cultum, intercedénte beáto Canúto Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

Die 6 martii  
**S. FRIDOLINI CONFESSORIS**  
**Commemoratio**  
**Oratio** p

**B**éati Confessóris et Sacerdótis tui Fridolíni, quæsumus, Dómine, supplicatióne placátus: et véniam peccatórum nobis tríbue, et remédia sempitérna concéde. Per Dóminum nostrum.

**Secreta** p

Sacrificium, Dómine, quod desideránter offériamus, gratum tibi beáti Fridolíni Confessóris tui preces efficiant. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio** p

Qæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Fridolíni Confessóris tui sancta precálio et a terrénis nos afféctibus indesinénter expédiat, et cælestia desideráre perficiat. Per Dóminum nostrum.

Die 2 iunii  
**IN DEDICATIONE**  
**ECCLESIÆ CATHEDRALIS**  
**I classis**

**Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.**

Die 4 iulii  
**S. UDALRICI**  
**EP. ET CONFESSORIS**  
**Commemoratio**

**Oratio, Secreta et Postcommunio ex Missa Sacerdótes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.**

**Sicubi vero dicenda sit integra Mis-  
sa de S. Udalrico, sumatur Missa  
Sacerdótes tui, de Communi Conf.  
Pont. 2 loco.**

Die 11 iulii  
**SS. PLACIDI MARTYRIS**  
**ET SIGISBERTI ABBATIS**  
**III classis**

**Missa Sapiéntiam, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco, præter orationes sequentes:**

**Oratio** p  
**F**ac nos, quæsumus, Dómine, sanctórum tuórum Plácdi et Sigisbérti semper festa sectári: quorum suffrágiiis protectiōnis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum nostrum.

**Et fit commemoratio S. Pii I Papæ et Martyris:**

**Oratio**  
Gregem tuum, Pastor ætére, placátus inténde: et per beátum Pium Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectiōne custódi; quem totius Ecclesiæ præstítisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

**Secreta** p  
**M**únera tibi, Dómine, nostræ devotíonis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Iustórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum.

**Pro S. Pio**

Oblátis munéribus, quásimus,  
Dómine, Ecclésiam tuam beníg-  
nus illúmina: ut, et gregis tui profí-  
ciat ubíque succéssus, et grati fiant  
nómini tuo, te gubernánte, pastó-  
res. Per Dóminum.

**Secreta**

nem meam, cum déprecor: a timó-  
re inimíci éripe ániam meam.  
**V** Glória Patri.

**Oratio**

**E**cclésiam tuam, quásimus,  
Dómine fac nos semper filiáli  
pietáte dilígere: cuius in iúribus  
propugnándis beátus Apollináris,  
spíritu fortitúdinis roborátus, ad  
mortem usque certávit. Per Dómi-  
num.

**Et fit commemoratio S. Stephani  
Regis, Conf.:**

**Oratio**

Concéde, quásimus, Ecclésiæ  
tuæ, omnípotens Deus: ut beátum  
Stéphanum Confessórem tuum,  
quem regnántem in terris propa-  
gatórem hábuit, propugnatórem  
habére mereátur gloriósum in cæ-  
lis. Per Dóminum.

**Léctio Epístolæ beáti**

**Pauli Apóstoli ad Timótheum**

**2 Tim. 2, 8-10; 3, 10-12**

**C**aríssime: Memor esto, Dó-  
minum Iesum Christum re-  
surrexisse a mórtuis ex sémine  
David, secúndum Evangélium me-  
um, in quo labóro usque ad víncula,  
quasi male óperans: sed ver-  
bum Dei non est alligátum. Ideo  
ómnia sustíneo propter eléctos, ut  
et ipsi salútem consequántur, quæ  
est in Christo Iesu, cum glória cæ-  
lésti. Tu autem assecútus es meam  
doctrínam, institutióne, propó-  
situm, fidem, longanimitátem, di-  
lectiónem, patiéntiam, persecuti-  
ónes, passiónes: quália mihi facta

**Die 16 iulii**

**B. MARIÆ VIRGINIS  
DE EINSIDELN  
III classis**

**Missa Salve, de Communi festo-  
rum B. Mariæ Virginis.**

**Die 2 septemboris**

**B. APOLLINARIS A POSAT  
MARTYRIS  
III classis**

**Antiphona ad Introitum**

**Ps. 63, 11**

**L**ÆTABITUR iustus in Dómi-  
no, et sperábit in eo: et lau-  
dabúntur omnes recti corde.  
**Ps. ibid., 2** Exáudi, Deus, oratió-

sunt Antiochiae, Icónii et Lystris: quales persecutónes sustínui, et ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vívere in Christo Iesu, persecutióne pati-éntur.

**Graduale** Ps. 36, 24

Iustus cum cecíderit, non collidé-  
tur: quia Dóminus suppónit ma-  
num suam. **V. Ibid., 26** Tota die  
miserétur, et cómodat: et semen  
eius in benedictióne erit.

Allelúia, allelúia. **V. Ioann. 8, 12**

Qui séquitur me, non ámbulat in  
ténebris: sed habébit lumen vitæ  
ætérnæ. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii  
secúndum Mattháeum

**Matth. 10, 26-32**

**I**n illo témpore: Dixit Iesus dis-  
cípulis suis: Nihil est opértum,  
quod non revelábitur; et occúltum,  
quod non sciétur. Quod dico vo-  
bis in ténebris, dícite in lúmine: et  
quod in aure audítis, prædicáte su-  
per tecta. Et nolíte timére eos, qui  
occídunt corpus, ániam autem  
non possunt occídere; sed pótius  
timéte eum, qui potest et ániam  
et corpus pérdere in gehénnam.  
Nonne duo pásseres asse véneunt:  
et unus ex illis non cadet super  
terram sine Patre vestro? Vestri  
autem capílli cápití omnes nu-  
meráti sunt. Nolíte ergo timére:  
multis passéribus melióres estis  
vos. Omnis ergo, qui confitébitur  
me coram homínibus, confitébor  
et ego eum coram Patre meo, qui  
in cælis est.

**Antiphona ad Offertorium**

**Ps. 20, 4-5**

Posuísti, Dómine, in cápite eius  
corónam de lápide pretiós: vitam  
pétiit a te, et tribuísti ei, allelúia.

**Secreta**

**I**n hostes tuos, Dómine Deus,  
fortitúdinem nobis cónferat  
hæc mensa cælestis: quæ beátum  
Apollinárem sic áluit ad certámen,  
ut fórtior efféctus victóriam cón-  
sequi mererétur. Per Dóminum.

**Pro S. Stephano**

**Secreta**

Réspice, quas offérimus, hóstias,  
omnípotens Deus: et præsta; ut,  
qui passiónis Domínicæ mystéria  
celebrámus, imitémur quod ági-  
mus. Per eúndem Dóminum.

**Antiphona ad Communionem**

**Ioann. 12, 26**

Qui mihi minístrat, me sequátur:  
et ubi sum ego, illic et miníster  
meus erit.

**Postcommunio**

**S**alutáris hóstiæ participatió-  
ne roborátos, fac nos, Dómine  
Iesu, beáti Mártyris Apollináris  
invíctam imitári in fide et caritá-  
te constántiam: Qui vivis et regnas  
cum Deo Patre.

**Pro S. Stephano Postcommunio**

Præsta, quás sumus, omnípotens  
Deus: ut beáti Stéphani Confes-  
sóris tui fidem cóngrua devotíone  
sectémur; qui, pro eiúsdem fidei  
dilatatóne, de terréno regno ad  
cælestis regni glóriam méruit per-  
veníre. Per Dóminum.

Die 11 septemboris  
**SS. FELICIS ET REGULÆ**  
**MARTYRUM**  
**Commemoratio**

**Oratio****C**

**D**eus, qui nos concédis sanctórūm Mártyrum tuórum Felícis et Régulæ natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

**Et fit commemoratio Ss. Protī et Hyacínthi Mm.:**

**Oratio**

Beatórum Mártyrum tuórum Protī et Hyacínthi nos, Dómine, fóveat pretiosa conféssio: et pia iúgiter intercéssio tueáatur. Per Dóminum.

**Secreta****C**

**M**únera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Iustórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum.

**Pro Ss. Proto et Hyac.**      **Secreta**  
 Pro sanctórum Mártyrum tuórum Protī et Hyacínthi commémoratióne, múnera tibi, Dómine, quæ debémus, exsolvimus: præsta, quæsumus; ut remédium nobis perpétuæ salútis operéntur. Per Dóminum.

**Postcommunio****C**

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Felíce et Régulæ; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

**Pro Ss. Proto et Hyacintho**  
**Postcommunio**

Ut percépta nos, Dómine, tua sancta puríficent: beatórum Mártyrum tuórum Protī et Hyacínthi, quæsumus, implóret orátio. Per Dóminum.

Die 22 septemboris  
**SS. MAURITII ET SOC. MM.**  
**III classis**

**Missal ut in Missali hac die.**

**Et fit commemoratio S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf., item ut in Missali.**

Die 25 septemboris  
**S. NICOLAI DE FLÜE**  
**CONFESSORIS**

**Patroni Principalis Helvetiæ**

**I classis**

**Antiphona ad Introitum**  
**Ps. 54, 8 et 10**

**E**cce elongávi fúgiens, et mansi in solitúdine: quóniam vidi iniquitátem et contradiccióinem in civitáte. (**T. p.** Allelúa, allelúa.) **Ps. ibid., 2-3** Exáudi, Deus, oratióne meam, et ne despéxeris deprecatióne meam: inténde mihi, et exáudi me. **V** Glória Patri.

**Oratio**

**B**éati Nicolái, Confessóris tui, intercessióne suffúlti, te, Dómine, supplíciter exorámus: ut gentem nostram benígna semper protectione custódias, eiúsque rectóribus grátiae tuæ lumen clementer infúndas. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ  
beati Pauli Apóstoli  
ad Romáños  
**Rom. 14, 17-19**

**F**ratres: Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spíitu Sancto. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo et probatus est homínibus. Itaque, quae pacis sunt, sectémur: et quae ædificatiónis sunt, in invicem custodiámus.

**Graduale** Ps. 121, 7-8

Fiat pax in virtute tua: et abundántia in túrribus tuis. **V.** Propter fratres meos et próximos meos loquébar pacem de te.

Allelúia, allelúia. **V.** Ps. 54, 23 Iacta cogitátum tuum in Dómino: et ipse te enútriet. Allelúia.

**Post Septuagesimam, omissis Allelúia et versu sequenti, dicitur**

**Tractus** Ps. 33, 9-11  
Gustáte et vidéte, quóniam suávis est Dóminus: beátus vir qui sperat in eo. **V.** Timéte Dóminum, omnes Sancti eius: quóniam non est inópia timéntibus eum. **V.** Dívites eguérunt, et esuriérunt: inquiréntes autem Dóminum non minuén-  
tur omni bono.

**Tempore autem paschali omittitur graduale, et eius loco dicitur:**

Allelúia, allelúia. **V.** Ps. 54, 23 Iacta cogitátum tuum in Dómino: et ipse te enútriet. Allelúia. **V.** Ioann. 6, 52 Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Mattháeum  
**Matth. 19, 27-29**

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce, nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede maiestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, iudicantes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

Credo.

**Antiphona ad Offertorium**

Ps. 30, 4

Dómine, fortitudo mea et refúgi-  
um meum es tu, et propter nomen  
tuum dedúces me et enútries me.  
(T. p. Allelúia.)

**Secreta**

**M**únera tibi, Dómine, dicáta  
sanctifica: et, intercedénte  
beáto Nicoláo Confessóre tuo,  
per éadem nos benígnus inténde;  
ut tibi famulántes in terris, glória  
tua perfruámur in cælis. Per Dó-  
minum.

**Antiphona ad Communionem**  
Ioann. Gal. 2, 19

Christo confíxus sum Cruci. Vivo  
autem, iam non ego: vivit vero in  
me Christus. (T. p. Allelúia.)

**Postcommunio**

**M**ysteriorum tuorum nos, quæsumus, Dómine, communio sancta restáuret: ut beati Nicolái sequentes exémpla, in tuo semper amóre crescámus. Per Dóminum.

Die 16 octobris  
SANCTI GALLI ABBATIS  
III classis

Missa Os iusti, de Communi Abbatum.

**Oratio C**

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beati Galli Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Hedwigis Viduæ:

**Oratio**

Deus, qui beátam Hedwígem a sǽculi pompa ad húmilem tuæ Crucis sequélam toto corde transíre docuísti: concéde; ut eius méritis et exémplo discámus peritúras mundi calcáre delícias, et in ampléxu tuæ Crucis ómnia nobis adversántia superáre: Qui vivis.

**Secreta C**

**S**acris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Gallus Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat. Per Dóminum.

Pro S. Hedwige                            Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio pro tuorum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

**Postcommunio**

C

**P**rótegat nos, Dómine, cum tui perceptione sacraménti beátus Gallus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis eius experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum.

**Pro S. Hedwige Postcommunio**  
Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quæsumus, semper interventiόne nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Die 3 novembris  
S. PIRMINII  
EPISCOPI ET CONFESSORIS  
Commemoratio

**Oratio**

P

**D**eus, qui in corde sancti Pirmíni, Confessóris atque Pontíficis, ignem tui amoris accéndere dignátus es: da; ut eódem caritatis ardóre ab omni labe peccati mundémur. Per Dóminum.

**Secreta**

C

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubíque lætíficent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

**Postcommunio**

C

**P**ræsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beato Pirmíno Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potíora sumámus. Per Dóminum.

Die 4 novembris  
S. CAROLI BOROMÆI  
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Patroni Secundarii diœcesis  
II classis

Omnia ut in Missali hac die.  
Et fit commemoratio Ss. Vitalis et  
Agricolæ Martyrum, item ut in  
Missali.

Die 16 novembris  
S. OTMARI ABBATIS  
III classis

Missa Os iusti, de Communi Ab-  
batum.

Et fit commemoratio S. Gertrudis  
Virginis ut in Missali hac die.

Die 17 novembris  
S. FLORINI CONFESSORIS  
III classis

Missa Iustus ut palma, de Com-  
muni Conf. non Pont. 2 loco, præ-  
ter orationem sequentem:

Oratio P

**D**eus, qui hodiérra die nobis  
tribuísti, beáti Floríni, Con-  
fessóris tui, solemnitátem venerá-  
ri: adésto propítius Ecclésiae pré-  
cibus, et ex eius nobis imitatióne  
concéde; pro amóre tuo próspera  
mundi despícere, et nulla eius ad-  
vérsa formidáre. Per Dóminum  
nostrum.

Et fit commemoratio S. Gregorii  
Thaumaturgi Ep. et Conf.:  
Oratio

Da, quásumus, omnípotens Deus:  
ut beáti Gregórii Confessóris tui  
atque Pontíficis veneránda solém-  
nitas, et devotiónem nobis áugeat  
et salútem. Per Dóminum.

Secreta C

**P**ræsta nobis, quásumus, omní-  
potens Deus: ut nostræ humi-  
litátis oblátio et pro tuórum tibi  
grata sit honóre Sanctórum, et nos  
córpore páriter et mente puríficet.  
Per Dóminum.

Pro Ss. Gregorio Thaumaturgo  
Secreta

Sancti tui, quásumus, Dómine,  
nos ubíque lătíficent: ut, dum eó-  
rum mérita recólimus, patrocínia  
sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio C

**Q**uásumus, omnípotens Deus:  
ut, qui cælestia aliménta per-  
cépimus, intercedénte beáto Florí-  
no Confessóre tuo, per hæc con-  
tra ómnia advérsa muniámur. Per  
Dóminum.

Pro Ss. Gregorio Thaumaturgo  
Postcommunio

Præsta, quásumus, omnípotens  
Deus: ut, de percéptis munéribus  
grátias exhibéntes, intercedénte  
beáto Gregório Confessóre tuo  
atque Pontífice, benefícia potiό-  
ra sumámus. Per Dóminum nos-  
trum.

# ADDITAMENTA AD PROPRIUM CURIENSE

Extra Pagum Grisonum  
et Liechtenstein

Die 27 augusti  
S. GEBHARDI  
EPISCOPI ET CONFESSORIS  
Commemoratio

Orationes et Missa Sacerdótes dui,  
de Communi Confessoris Pontificis 1 loco,  
2 loco.

Die 6 septemboris  
S. MAGNI CONFESSORIS  
Commemoratio

Orationes et Missa Os iusti, de  
Communi Confessoris non Pontificis 1 loco.

Die 6 novemboris  
S. LEONARDI CONFESSORIS  
Commemoratio

Orationes et Missa Iustus ut palma, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.

Die 15 novemboris  
S. FINTANI CONFESSORIS  
Commemoratio

Orationes et Missa Os iusti, de  
Communi Confessoris non Pontificis 1 loco.

Die 26 novemboris  
S. CONRADI  
EPISCOPI ET CONFESSORIS  
Commemoratio

Orationes et Missa Statuit, de  
Communi Confessoris Pontificis  
1 loco.

In Pago Glariensi

Die 6 martii  
S. FRIDOLINI CONFESSORIS  
Patroni principalis  
I classis

Missa Os iusti, de Communi Confessoris non Pontificis 1 loco, præter orationes sequentes.

Oratio P

Béati Confessóris et Sacerdótis  
tui Fridolíni, quæsumus, Dómine,  
supplicátiōne placátus: et  
véniam peccatórum nobis trübue,  
et remédia sempitérna concéde.  
Per Dóminum nostrum Iesum  
Christum.

De Ss. Perpetua et Felicitate Mm.  
nihil fit.

In Quadragesima fit commemo-  
ratio feriæ.

Secreta P

Sacrifícium, Dómine, quod desi-  
deránter offériamus, gratum  
tibi beáti Fridolíni Confessóris  
tui preces efficiant. Per Dóminum  
nostrum.

Postcommunio P

Quæsumus, omnípotens Deus:  
ut beáti Fridolíni Confessóris  
tui sancta precálio et a terrénis nos  
afféctibus indesinénter expédiat,  
et cælestia desideráre perficiat.  
Per Dóminum nostrum Iesum  
Christum.

## In Pago Turicensi

Die 11 septembris  
SS. FELICIS ET REGULÆ  
MARTYRUM  
Patronorum Turicensium

I classis

Antiphona ad Introitum  
Sap. 3, 8

**I**UDICANT Sancti gentes et dominántur pópolis: et regnábit Dóminus, Deus illórum, in perpéturn. **Ps. 32, 1** Exsultáte, iusti, in Dómino: rectos decet collaudátio. **¶** Glória Patri.

## Oratio

**Q**uásumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætitia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Felícis et Régulæ gloriificatióne procédit, quod éadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

De Ss. Proto et Hyacintho Mm.  
nihil fit.

Léctio libri Apocalýpsis  
beáti Ioánnis Apóstoli  
**Apoc. 7, 13-17**

**I**n diébus illis: Respóndit unus de senióribus, et dixit mihi: Hi, qui amícti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venérunt? Et dixi illi: Dómine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas, et dealbáverunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et sérviant ei die ac nocte in templo eius: et qui sedet in throno,

habitábit super illos: non esúrient neque sítient ámplius, nec cadet super illos sol neque ullus æstus: quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos et dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum: et abstérgat Deus omnem lácrimam ab oculis eórum.

**Graduale** **Ps. 78, 10 et 2**

Víndica, Dómine, ságuinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. **¶** Posuérunt mortália servórum tuórum escas volatílibus cæli: carnes Sanctórum tuórum béstias terræ.

Allelúia, allelúia. **¶ Ps. 117, 15** Vox exsultatiónis et salútis in tabernáculis ióstórum. Allelúia.

**℟ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthéum**  
**Matth. 5, 1-12**

**I**n illo témpore: Videns Iesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli eius, et apériens os suum, docébat eos, dicens: Beáti páuperes spíritu: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites: quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti, qui lugent: quóniam ipsi consolabúntur. Beáti, qui esúriunt et sítunt iustítiam: quóniam ipsi saturabúntur. Beáti misericórdes: quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífici: quóniam filii Dei vocabúntur. Beáti, qui persecutióнем patiúntur propter iustítiam: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti estis, cum male-

díixerint vobis et persecúti vos fúerint, et díixerint omne malum adversum vos, mentiéntes, propter me: gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiosa est in cælis.  
Credo.

**Antiphona ad Offertorium**  
Ps. 5, 12-13

Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, quóniam tu, Dómine, benedíces iustis. Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti eos.

**Secreta**

**H**óstias tibi, Dómine, sanctórum Mártyrum tuórum Felícis et Régulæ dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpéatum nobis tríbue perveníre subsídium. Per Dóminum.

**Antiphona ad Communionem**  
Ps. 78, 2 et 11

Posuérunt mortália servórum tuórum, Dómine, escas volatílibus cæli, carnes Sanctórum tuórum béstiiis terræ: secúndum magnitúdinem brácchii tui pósside filios morte punitórum.

**Postcommunio**

**S**úmpsimus, Dómine, sanctórum solémnia celebrántes sacraménta cælestia: præsta, quásumus; ut, quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum.

**In Pago Suitensi et Turicensi**

Die 10 octobris  
IN DEDICATIONE  
PROPRIÆ ECCLESIÆ  
I classis

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

De S. Fransicso Borgia nihil fit.

**In Pago Subsilvaniæ Superioris**

Sabbato ante dom. II octobris  
IN DEDICATIONE  
PROPRIÆ ECCLESIÆ  
I classis

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

**In Pago Suitensi et Uraniensi**

Die 11 novembris  
S. MARTINI  
EPISCOPI ET CONFESSORIS  
I classis

Missal ut in Missali Romano, sine Commemoratione S. Mennæ Martyris. Et dicitur Credo.

**In Pago Liechtenstein**

Die 12 novembris  
IN DEDICATIONE  
PROPRIÆ ECCLESIÆ  
I classis

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

De S. Martino Martyre nihil fit.

# LEKTIONAR

Die 3 decembris  
S. LUCII REGIS, EP. ET MART.

Patroni Principalis  
diœcesis et civitatis Curiensis

I classis

Lesung aus dem Brief des heiligen Apostels Jakobus  
**Iac. 1, 12-18**

**G**eliebteste! Selig der Mann, der in der Prüfung standhält, denn wenn er sich bewährt, wird er die Krone des Lebens empfangen, die Gott denen verheißen hat, die ihn lieben. Niemand sage, wenn er versucht wird, er werde von Gott versucht. Gott nämlich kann nicht zum Bösen versucht werden; er selbst aber versucht niemanden. Vielmehr wird ein jeder versucht, indem er von seiner eigenen Begierlichkeit weggezogen und verlockt wird. Wenn dann die Begierlichkeit empfangen hat, gebiert sie die Sünde. Die Sünde aber gebiert, wenn sie vollbracht ist, den Tod. - Täuscht euch also nicht, meine geliebtesten Brüder! Jede gute Gabe und jedes vollkommene Geschenk kommt von oben, vom Vater der Lichter, bei dem es keinen Wechsel gibt und keinen Schatten von Veränderlichkeit. Denn aus freiem Willen hat er uns durch das Wort der Wahrheit gezeugt, auf dass wir gleichsam die Erstlinge seiner Schöpfung seien.

✠ Aus dem heiligen Evangelium nach Johannes  
**Ioann. 10, 11-16**

**I**n jener Zeit sprach Jesus zu den Pharisäern: Ich bin der gute Hirt. Der gute Hirt gibt sein Leben für seine Schafe. Der Mietling aber und der nicht der Hirt ist, dem die Schafe nicht zu eigen sind, sieht den Wolf kommen und verlässt die Schafe und flieht - und der Wolf raubt und zerstreut die Schafe. Der Mietling flieht, weil er Mietling ist und weil ihm an den Schafen nichts liegt. Ich bin der gute Hirt. Ich kenne die Meinen, und die Meinen kennen mich, wie mich der Vater kennt und ich den Vater kenne; und ich gebe mein Leben hin für meine Schafe. - Ich habe noch andere Schafe, die nicht aus diesem Schafstall sind. Auch sie muss ich herbeiführen, und sie werden meine Stimme hören, und es wird eine Herde sein und ein Hirt.

Die 19 ianuarii  
**S. MEINRADI MARTYRIS**  
**III classis**

Lesung aus dem Buch der Weisheit  
**Sap. 10, 10-14**

**D**en Gerechten führte der Herr auf geraden Wegen. Er zeigte ihm das Reich Gottes und verlieh ihm die Erkenntnis heiliger Dinge. Er zeichnete ihn aus in den Mühen und vollendete seine Arbeit. Gegen die List seiner Bedränger stand er ihm bei und brachte ihn zu Ehren. Er schützte ihn vor seinen Feinden und bewahrte ihn vor Verführern. Er ließ ihn hart kämpfen, damit er siegte und wisse, dass die Weisheit mächtiger ist als alles. Sie verließ den Gerechten nicht [Joseph in Ägypten], als er verkauft worden war, sondern befreite ihn von den Sündern. Sie stieg mit ihm in die Grube hinab und verließ ihn auch in den Fesseln nicht, bis sie ihm das Zepter des Reiches brachte und Macht über seine Bedränger. Sie erwies jene als Lügner, die ihn entehrten, und ewigen Glanz verlieh ihm der Herr, unser Gott.

✠ Aus dem heiligen Evangelium nach Matthäus  
**Matth. 16, 24-27**

**I**n jener Zeit sprach Jesus zu seinen Jüngern: Wenn einer mir nachfolgen will, verleugne er sich selbst, nehme sein Kreuz auf sich und folge mir nach. Denn wer sein Leben retten will, wird es verlieren. Wer aber sein Leben um meinetwillen verliert, wird es finden. Denn was nützt es dem Menschen, wenn er die ganze Welt gewinnt, aber Schaden leidet an seiner Seele? Oder welchen Tauschwert kann ein Mensch geben für seine Seele? Denn der Menschensohn wird in der Herrlichkeit seines Vaters mit seinen Engeln kommen. Dann wird er einem jeden vergelten nach seinen Werken.

Die 2 septembbris  
**B. APOLLINARIS A POSAT MARTYRIS**  
**III classis**

Lesung aus dem zweiten Brief des heiligen Apostels Paulus  
 an Timotheus  
**2 Tim. 2, 8-10; 3, 10-12**

**G**eliebtester! Denke daran, dass der Herr Jesus Christus von den Toten auferstanden ist, ein Spross Davids, gemäß meinem Evangelium, für das ich leide und selbst Fesseln trage, als wäre ich ein Übeltäter; doch das Wort Gottes ist nicht gebunden. Darum erdulde ich alles um der Auserwählten willen, damit auch sie das Heil erlangen, das da

ist in Christus Jesus, samt der himmlischen Herrlichkeit. - Du aber bist mir in der Lehre gefolgt, in der Unterweisung, im Streben, im Glauben, in der Langmut, in der Liebe, in der Geduld, in den Verfolgungen und Leiden, wie sie mich trafen in Antiochia, Ikonium und Lystra. Was für Verfolgungen habe ich da erduldet! Doch aus allen hat der Herr mich errettet. So werden alle, die fromm leben wollen in Christus Jesus, Verfolgung leiden.

✠ Aus dem heiligen Evangelium nach Matthäus  
Matth. 10, 26-32

In jener Zeit sprach Jesus zu seinen Jüngern: Nichts ist verhüllt, was nicht enthüllt, und nichts ist verborgen, was nicht bekannt werden wird. Was ich euch im Dunkeln sage, das redet im Licht, und was ihr im Ohr vernehmt, das verkündet von den Dächern. - Fürchtet euch nicht vor denen, die den Leib töten, die Seele aber nicht zu töten vermögen. Fürchtet vielmehr den, der Seele und Leib in die Hölle stürzen kann. - Verkauft man nicht zwei Sperlinge für einen Groschen? Und doch fällt keiner von ihnen zur Erde ohne euren Vater. Selbst die Haare eures Hauptes sind alle gezählt. Fürchtet euch also nicht: Ihr seid mehr wert als viele Sperlinge. - Jeden also, der mich vor den Menschen bekennt, werde auch ich vor meinem Vater bekennen, der im Himmel ist.

In Pago Turicensi  
Die 11 septembris  
SS. FELICIS ET REGULÆ MARTYRUM  
Patronorum Turicensium  
I classis

Lesung aus der Apokalypse des heiligen Apostels Johannes  
*Apoc. 7, 13-17*

In jenen Tagen nahm einer der Ältesten das Wort und sprach zu mir: Wer sind diese, die mit weißen Gewändern bekleidet sind, und woher sind sie gekommen? Ich erwiderte ihm: Mein Herr, du weißt es. Und er sagte zu mir: Das sind jene, die aus der großen Drangsal kommen; sie haben ihre Gewänder gewaschen und sie weiß gemacht im Blut des Lammes. Darum sind sie vor Gottes Thron und dienen ihm Tag und Nacht in seinem Tempel; und der auf dem Thron sitzt, wird über ihnen wohnen. Sie werden nicht mehr hungern noch dürsten; weder die Sonne wird sie treffen noch irgendeine Glut; denn das Lamm, das in der Mitte des Thrones ist, wird sie führen und sie geleiten zu den Wasserquellen des Lebens. Und Gott wird jede Träne abwischen von ihren Augen.

✠ Aus dem heiligen Evangelium nach Matthäus  
**Matth. 5, 1-12**

**I**n jener Zeit, als Jesus die Scharen sah, stieg er auf einen Berg, und als er sich gesetzt hatte, traten seine Jünger zu ihm. Und er tat seinen Mund auf, lehrte sie und sprach: Selig die Armen im Geist, denn ihrer ist das Himmelreich. Selig die Sanftmütigen, denn sie werden das Land besitzen. Selig die Trauernden, denn sie werden getröstet werden. Selig, die hungrig und dürstend nach der Gerechtigkeit sind, denn sie werden gesättigt werden. Selig die Barmherzigen, denn sie werden Barmherzigkeit erlangen. Selig, die reinen Herzens sind, denn sie werden Gott schauen. Selig die Friedfertigen, denn sie werden Kinder Gottes genannt werden. Selig, die Verfolgung leiden um der Gerechtigkeit willen, denn ihrer ist das Himmelreich. Selig seid ihr, wenn sie euch schmähen und verfolgen und alles Böse lügenhaft wider euch reden um meinetwillen: Freut euch und frohlockt, denn euer Lohn ist groß im Himmel!

Die 25 septembbris  
**S. NICOLAI DE FLÜE CONFESSORIS**  
**Patroni Principalis Helvetiæ**  
**I classis**

Lesung aus dem Brief des heiligen Apostels Paulus  
 an die Römer  
**Rom. 14, 17-19**

**B**rüder: Das Reich Gottes ist nicht Speise und Trank, sondern Gerechtigkeit und Friede und Freude im Heiligen Geist. Denn wer darin Christus dient, ist Gott wohlgefällig und wird von den Menschen geschätzt. Deshalb lasst uns nach dem streben, was dem Frieden dient, und untereinander bewahren, was zur Erbauung gereicht.

✠ Aus dem heiligen Evangelium nach Matthäus  
**Matth. 19, 27-29**

**I**n jener Zeit sprach Petrus zu Jesus: Siehe, wir haben alles verlassen und sind Dir nachgefolgt. Was also wird uns zuteil? Jesus entgegnete ihnen: Wahrlich, ich sage euch: Ihr, die ihr mir nachgefolgt seid, werdet bei der Neuschöpfung, wenn der Menschensohn auf dem Thron seiner Herrlichkeit sitzen wird, ebenfalls auf zwölf Thronen sitzen und die zwölf Stämme Israels richten. Und jeder, der Haus oder Brüder oder Schwestern oder Vater oder Mutter oder Frau oder Kinder oder Äcker um meines Namens willen verlässt, wird hundertfach empfangen und das ewige Leben besitzen.